



dium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.
Secreta.

EXáudi nos Deus salutáris noster : ut per hujus sacraménti virtutem , à cunctis nos mentis & córporis hóstibus tueáris , grátiam tribuens in præsénti , & glóriam in futúro.

Tertia ad libitum Sacerdotis.

Psal.
9.

Communio. Narrábo ómnia mirabilia tua : lætabor , & exultábo in te : psallam nómini tuo , Altíssime.

Postcommunio.

TAntis , Dómine , repléti muneribus , præsta quæsumus : ut & salutária dona capiámus , &

à tua numquam laude cessémus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.
Postcommunio.

MUndet & múniat nos , quæsumus Dómine , divíni sacraménti munus oblátum : & intercedente beáta vírgine Dei genitríce María , cum beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo , atque beáto **N.** & ómnibus Sanctis : à cunctis nos reddat & perversitatibus expiátos , & adversitatibus expeditos.

Tertia ad libitum Sacerdotis.

